Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ceum sed fecerunt in eum que
cunq; uoluerunt. Sic & filius
hominis passurus est ab
eis. Tunc intellexerunt
discipuli quia de iohanne bap
tista dixit eis. Et cum uenisset ad
turbam accessit ad eum homo
genibus prouolutus ante eum
dicens. Domine miserere fili
meo quia lunaticus est & male
patitur. Nam sepe cadit in igne
et crebro in aquam & obtuli eum
discipulis tuis & non potuerunt
curare eum. Respondens autem
ihesus ait. O generacio incredu
la et prauersa quousque ero uobiscum
usque quo patiar uos. Afferte huc
illum ad me. Et increpauit eum
ihesus & exiit ab eo demonium
et curatus est puer ab illa hora.
Tunc accesserunt ad eum dis
cipuli secreto & dixerunt ei. Qare
non potuimus nos eicere illum.
Dixit illis ihesus. Propter incre
dulitatem uestram. Amen quip
pe dico uobis. Si habueritis fidem
ut granum sinapis dicetis mon
ti huic transi hinc transibit. et
nichil impossibile erit apud uos.
Hoc autem genus non eicitur nisi
per oracionem & ieunium. Com
mantibus autem eis in galilea dix
it illis ihesus. Filius hominis tra
dendus est in manus hominum
et occident eum & tercia die re
surget. Et contristati sunt ne
hementer. Et cum uenisset ca
pharnaum accesserunt qui di
dragma accipiebant ad petrum
et dixerunt ei. Magister uester
non soluit didragma. Et ait. Ei
ait. Et cum intrasset in domum
preuenit eum ihesus dicens. Qd
tibi uidetur simon. Reges tre
aquibus accipiunt tributum u
censum. A filiis suis an ab alienis
Ac ille dixit. Ab alienis. Dixit il
li ihesus. Ergo liberi sunt filii
Ut autem non scandalizemus eos va
de ad mare & mite hamum & ei
piscem qui primus est tolle. Aste
derit tolle & aperto ore eius inue
nies staterem. illum sumens da
eis pro me & te.

XVIII

In illa hora. Accesserunt ad ihesum
discipuli dicentes. Quis putas
est maior in regno celorum. Et
aduocans ihesus paruulum sta
uit eum in medio eorum & ait
Amen dico uobis nisi conuersi fui
tis & efficiamini sicut paruuli non
intrabitis in regnum celorum
celorum. Quicumq; ergo humili
auit se sicut paruulus iste hic est
maior in regno celorum. Et qui
suscepit unum talem puerum in
nomine meo me suscipit. Qui
autem scandalizauit unum de pusil
lis istis credentibus qui in me cre
dunt expedit ei ut suspendat
mola asinaria in collo eius & de
mergatur in profundum maris
Ve mundo ab scandalis. Necesse
est enim ut ueniant scandala.
Verumtamen ue homini illi per quem
scandalum uenit. Si autem man